

- 28 Et adverte, quod matrix Ecclesia, ad quam hæc translatio facienda est, intelligitur de Parochiali, scilicet respectu capellarum, & aliarum inferiorum simpli-  
cium, sub illius distractu existentium, quia earum res-  
pectu Parochialis dicitur matrix, ad eamque facienda  
est translatio predicta, text. in cap. ad audienciam 1. de  
Ecclesiis adiſt. text. gloss. & Abb. in cap. venerabili de  
verborum signific. idem Zerol. in clem. 1. nu. 3. & 4. de  
sententia excommunic. Zerol. in praxi Episcop. verbo, Ec-  
clesia matrix respectu autem Parochialium Cathedralis  
Ecclesia matrix est, & ad eam translatio est facienda.
- 29 Et de Ecclesiarum translatione facienda, quando ne-  
cessitas id exigit, vide Rebuffum in praxi benefic. tit.  
de unio. gloss. 11. nu. 8. Mandos. regul. 2. cancell. q. 7.  
& 8. Boët. decis. 345. Perusi. de unione c. 4. nu. 11. Ze-  
rola in praxi Episcop. verbo visitatio §. 9. p. 345. Frater  
Emanuel Rodrig. quest. regul. tom. 1. q. 43. art. 13. Bo-  
badil. in polit. lib. 3. c. 5. n. 34. Plures Doctores refert  
Cenedus in collect. ad decretal. 153.
- 30 Et de pluribus aliis huic astringentibus, an ista trans-  
latio dicatur unio, & incorporatio, vel remaneat Ec-  
clesia distincta, cum retineat invocationes eadem in-  
troitus, emolumenta, & onera distincta ab alia, in  
quam transfertur. Et ad hoc ut in ea translatione tan-  
quam unionis possit ordinarius tanquam delegatus Se-  
dis Apostolicae se intromittere, & regidere juxta dis-  
positionem Trid. sess. 7. de reform. c. 6. vide Zerolam in d.  
praxi ver. visitatio. 1. p. §. 6. dubio. 10. & an ordinarius  
lapide, ligna, trabes, & alia hujusmodi Ecclesie dirutæ,  
& collapſæ, & profanata ab eo possit vendere, vide  
Navar. de spoli. §. 18. n. 10. vers. 3. & n. 11. vers. 2. Iff. in  
l. 2. n. 16. vide de jure Empytheutico Zerolam ubi pro-  
ximè, dub. 9. & declarations Cardinalium sub d. cap. 7.  
& quibus vendi possunt, & quæ ex eis opera construi  
& effici possunt, vide c. ligna Ecclesie, de conseneratione  
d. 1. & ibi glos. c. ex antiquis 54. d. c. que semel 19. qu. 3.  
optima 1. 8. tit. 10. p. 1. ubi Greg. & Montal.
- 31 Circa inspectionem autem ejus, quod secundo loco  
possumus hujus capit. an à sententia, qua ordinari-  
arius Ecclesiasticus iussit, navam aliquam Ecclesiam Pa-  
rochiale adificari, aliqua urgente necessitate à ju-  
re approbata, interposita appellationi non deferens  
vim faciat; arbitror supponendum nonnullas esse à jure  
iustas, & legitimas causas assignatas, & ob quas qui-  
dem ordinarius Ecclesiasticus licet potest (invitis Pa-  
rochis) novas construere Ecclesias. text. in c. ad audienc-  
tiā el. prim. d. Ecclesiis adiſt. ibi Quis quid villa H. tan-  
tum perhibetur ab Ecclesia Parochiali distare; ut tem-  
pore hyemali, cum pluvia inundant, non possint Paro-  
chiani sine magna difficultate; ipsam adire, unde non  
valent congruo tempore Ecclesiasticis officiis interesse,  
quia igitur dicta Ecclesia ita dicitur redditibus abun-  
dare: quid præter illius villa proventus, minister illius  
tit. 10. p. 1. iustum visum fuit pro tanti damni compen-  
satione, illi attribuatur præsentandi, ut per text. in d.  
c. ad audienciam, ibi, ad præsentationem Rectoris Ec-  
clesie majoris, cum canonico fundatoris assensu, insti-  
tuas ad sustentationem suam ejusdem villæ obventiones  
Ecclesiasticas percepturum, &c. ubi gloss. verbo  
Rectoris, rationem hujus juris præsentandi reddit, &  
ibi etiam Doctores, & eleganter etiam assignat d. l. 9.  
p. ad medium, ibi, et mensa ab que recipivisse la prima,   
por los parochianos que le menguan, otorga el derecho, que  
los clérigos della puedan presentar al Obispo, el que ubien  
de poner en la ygleſia segunda, e otorgales ainde mas  
deſto que aian en ella alguna renta en manera de censor por  
conocimiento de mayoría, e debela señalar el Obispo, segun  
que viene, que montan las otras rentas de la secunda ygle-  
ſia, &c. Idem hoc ultimum probatur in d. c. ad audienciam.
- 32 Ecclesiasticis sacramentis ministrandis, & cultui divino  
peragendo cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet,  
sibi tot sacerdotes ad hoc munus adjungere quo  
sufficient ad sacramenta exhibenda.
- 33 In his verò in quibus ob locorum distantiam, sive  
difficultatem parochiani sine magno incommodo ad  
percipienda sacramenta, & divina officia audienda,  
accedere non possunt, novas Parochias; etiam invitis  
Rectoribus juxta formam constitutionis Alexandri III.,  
quæ incipit ad audiendam, constitutere possint. Idem  
etiam disponit (ubi alias rationes nova conficiendi

Parochias referit) text. in c. cum tribus, de consecration.  
d. ubi gloss. in Ecclesiis 16. quest. 7. cap. antepenul. ea-  
dem causa & q. c. felix multis c. precipimus de consecra-  
tione d. 1. c. temporis qualitas 16. quest. 1. l. 9. & 1. 7.  
& 8. tit. 10. p. 1. Abb. in c. 2. num. 7. de decimis Gregor,  
Lopez in d. l. 7. idem Gregorius facit etiam l. 13. tit. 5.  
p. 1. ubi Greg. gloss. 6. Zerol. in praxi Episcopali 1. p. ver-  
bo Parochia. §. 6.

Igitur si Episcopus aliqua ex his rationibus, causis, &c.  
que justissimi motus, construi faciat novam Ecclesiam  
non faciet violentiam, si appellationi ab hac recta sen-  
tentia interposita, non detulerit, quia caret suspensivo  
effectu, text. est in d. c. ad audienciam, ibi sublato appella-  
tionis obstaculo, &c. & iterum ibi ad finem; appella-  
tionis cessante diffugio, &c. & in Trident, ibi; nec  
hujusmodi ordinationes & erectiones possint tolli, nec  
impediti, ex quibuscumque provisionibus: etiam vi-  
gore resignationis, aut quibusvis aliis denegationibus,  
vel suspensionibus, &c.

Quod quando ita clarè non disposuerit, tacitè in  
eo debebat subintelligi, cum sit jus novum editum in  
confirmationem, & approbationem d. c. ad audienciam  
cujus ampliations, & limitationes accipere debet, jux-  
ta l. sciendum, juncta gl. ibi, ubi communiter notant  
Doctores ff. qui satid. cogit. & in l. 3. C. de silentiariis  
verbo decurionibus: communiter probat. & in l. hac con-  
sultissima in princ. gloss. 3. C. qui testam. facere possunt.  
Bart. in l. sed & si posteriores, & ibi Joannes Orofius  
n. 12. ff. de legib. & in l. 1. n. 31. de constit. Principum,  
post Iff. ibi n. 16. Mencha de successio, creat. §. 3. nu. 10.  
Covarr. in rubr. de testam. 2. p. nu. 19. Mexia in l. Regia  
Toleti. in 6. funda. 2. par. n. 18. cum seqq. Gutier. practi.  
quest. civil. lib. 4. quest. 1. num. 4. Gregor. Lopez in l. 7.  
tit. 13. p. 6. gloss. 9.

Huic tamen Ecclesie noviter erectæ, novus etiam  
sacerdos præficiendus est ab Episcopo ad præsentatio-  
nem Rectoris, & patroni confruentis (si quis est) nam  
ex quo illis competens assignatur portio arbitrio or-  
dinarii vel ex fructibus ad Ecclesiam matricem, quo-  
modocumque pertinentibus, ut dicit Concilium Trid.  
in d. cap. 4. vers. in illis autem, & d. c. ad audienciam.  
Quia igitur dicta Ecclesia ita dicitur redditibus abund-  
are: quod præter illius villa proventus, minister illius  
convenienter valeat sustentationem habere, &c. d. l. 9.  
tit. 10. p. 1. iustum visum fuit pro tanti damni compen-  
satione, illi attribuatur præsentandi, ut per text. in d.  
c. ad audienciam, ibi, ad præsentationem Rectoris Ec-  
clesie majoris, cum canonico fundatoris assensu, insti-  
tuas ad sustentationem suam ejusdem villæ obventiones  
Ecclesiasticas percepturum, &c. ubi gloss. verbo  
Rectoris, rationem hujus juris præsentandi reddit, &  
ibi etiam Doctores, & eleganter etiam assignat d. l. 9.  
p. ad medium, ibi, et mensa ab que recipivisse la prima,   
por los parochianos que le menguan, otorga el derecho, que  
los clérigos della puedan presentar al Obispo, el que ubien  
de poner en la ygleſia segunda, e otorgales ainde mas  
deſto que aian en ella alguna renta en manera de censor por  
conocimiento de mayoría, e debela señalar el Obispo, segun  
que viene, que montan las otras rentas de la secunda ygle-  
ſia, &c. Idem hoc ultimum probatur in d. c. ad audienciam.

Quibus adde, quod huic novo sacerdoti non appli-  
cantur decima prædiales Parochianorum illius novæ  
Ecclesie: sed dumtaxat primaria obventiones, hoc est,  
obligations & decimæ personales, quæ dantur diebus  
festivis, & mortuaria, seu pro eis legata in testamen-  
to, ita tenent Doctores in d. c. ad audienciam, ubi ele-  
ganter gloss. verbo obventiones, clariss. d. l. 9. p. vers. como  
quier que agravamento, quod procedit, quando non di-  
viditur Parochia; at quando dividuntur termini Paro-  
chiarum antiquæ, dividuntur etiam termini prædiales, &  
tunc debebuntur decimæ prædiales novæ Ecclesie de  
prædiis sui Parochie, ut per Abb. in cap. ad audienciam,

super

### Pars III. Cap. VI.

369

super gloss. in verbo obventiones, tenet Gregor. Lopez in  
d. gloss. 9.

40 Et ideo sanctissimè providit Concilium Triden. in d.  
6. c. ibi. Ut ei competens assignetur portio ex fructi-  
bus matricis, & si necesse fuerit, Episcopus compellere  
possit populum, ea subministrare, quæ sufficient ad vi-  
tam dictorum Sacerdotum sustentandam: cujus etiam  
meminit Zerola in praxi Episcopa. 1. p. verbo Parochia  
§. 6. Pro qua facit quod alias decrevit idem Trid. sess. 24.  
41 de reformatio. c. 13. Quod in Parochialibus Ecclesis,  
quarum fructus adeò exigui sunt, ut debitis nequeant  
rectoribus satisfacere, curabit Episcopus, si per bene-  
ficiorum unionem, non tam regularium, id fieri non  
possit, ut primitarium, aut decimarum assignatione,  
an Parochianorum symbola, ac collectas, aut qua ei  
videbitur commodiori ratione, tantum redigatur; quod  
pro Rectoris, aut Parochie necessitate decenter sufficiat,  
& hoc etiam de jure divino & naturali, Abb. in c. novum  
genus. n. 7. de decimis. quest. 87. à num. 1. in corpore, & ad  
4. Covarr. lib. 1. c. 17. num. 2. & 4. vers. quarta ratiō. 1. 2.  
variar. resolu. Turrecrema. in c. omnis Christianus, de con-  
secratio. d. 1. Silvester verbo decima 1. p. 5. q. num. 168.  
Zerola ubi supra.

42 Quibus & illud utile non omittam, quod ab  
hujusmodi Sacerdotis deputatione, & institutione, nec  
ab ejus portionis assignatione appellationi interposita,  
sive per Rectorum Masticis, sive alterum, Ordinarius  
non deferens violentiam dicetur commissio, quia pa-  
riter nec suspendit hujusmodi ordinationes, nec ad-  
mittitur, ita exp̄r̄s̄ probat text. in d. c. ad audienciam,  
ibi, Ecclesiam ibi adiſces, & in ea Sacerdotem (sabla-  
to appellationis obstaculo) ad præsentationem Recto-  
ris Ecclesie majoris, cum canonico fundatoris assensu,  
institutis, &c.) & iterum ibi in fin. Si vero persona ma-  
tricis Ecclesie virum idoneum præsentare distuleit,  
vel opus illud voluerit impeditre: tum nihilominus fa-  
cias opus ad perfectionem deduci, & virum bonum  
(appellationis cessante diffugio, instituere, non omi-  
tes, &c.) & idem probatur in d. c. 4. Concil. Trid. ad finem.  
ibi, assignetur portio: &c.) nec hujusmodi ordinatio-  
nes, & erectiones possint tolli, nec impediri, ex qui-  
buscumque provisionibus, etiam vigore resignationis,  
aut quibusvis aliis derogationibus, vel suspensionibus,  
&c. & facit etiam d. l. 9. d. tit. 10. p. 1. ad fin. ibi, bien  
quedan mandar que la fagan en termino de otra, e propor-  
ner clerigo en ella que la serva, aunque lo contradigan, e  
no solo presenten los clérigos de la primera, &c.

43 Et insuper ex eo, tum quia ab assignatione congrua  
Rectori, seu Vicario Parochiali appellationem mini-  
mè esse deferendam diximus supra c. 2. hac 3. parte.  
Tum ex eo, quia est providere Ecclesie de Rectori, in  
quo pariter appellatione non suspendit, ex Trid. sess. 14. de  
reformation. cap. 18. & dixi latè supra 2. parte cap. 13. à  
num. 167. & infra hac 3. parte cap. 2. à num. 44. & etiam  
44 probatur ex verbo d. l. parti. ibi, aunque lo contradigan,  
&c.) quod importat appellationem non admittendam,  
ut diximus etiam hoc cap. supra num. 15. & 2. parte  
cap. 8. ante finem à num. 107.

45 An redificans, vel reparans Ecclesiam dirutam, vel  
collapsam acquirat jus patronus, & an quando patronus,  
qui illud acquisivit in ea constructione tantum, si  
funditus sit diruta illud admittat: & quid quando etiam  
propter donationem simul, vel simpliciter illud etiam  
dicatur amissio, vide latè, & optimè cum pluribus  
profecit Rochus de Curte in tract. de jure patro-  
nus, verbo construxit, num. 12. & 13. ubi etiam an ille qui  
primò construxit, præferatur alius in refactione, & re-  
paratione, & de aliis huic utilibus quæ omitto, quia  
mei non est instituti. Et infra quod tempus debeat con-  
struiri Ecclesia vel Capella, quam testator construendam  
8 mandavit sine præfinitione temporis, vide ibi optimè  
num. 15. ubi multa in propositum adducit, & quando ex

causa, putà ex diminutione reddituum possit ab Episco-  
po cum consensu Capituli, fieri suppressio, & extinc-  
tio beneficii, vide latè per Nicol. Garcian. de benef. tom. 2.  
p. 12. c. 1. per totum, & an beneficij divisio possit fieri:  
vide eundem ibi c. 4. & quando ob tenuitatem unio sit  
facienda ibi c. 2. cum suis §§.

### CAPUT VI.

Ab eo, quod fit secundum legi, & juris dis-  
positionem, canonicas sanctiones, au decreta,  
à judicéque eas exequentes: seu ibi jus  
commune resistit, aut ubi juris, & de jure  
præsumptio adest: appellationi emissæ non  
defерendo, violentiam adesse, dicatur: ubi  
etiam exactè de appellationibus frivolis.

### SUMMARIUM.

- 1 Statum est contra stimulum calcitrare.
- 2 Appellatione emissæ ab eo quod fit secundum juris de-  
creta & determinationem, non suspendit.
- 3 A praepoto de residendo beneficio residentiam requiri-  
rent non datur appellatio.
- 4 A judice jurisdictionem exequente non permittitur  
appellare.
- 5 Appellationem non esse admittendam ab eo, quod fit  
secundum juris dispositionem & canonica decretalia,  
qui probent. & a n. 1.
- 6 Regnatarius teneat dimittere possessionem à se pos-  
sessi beneficio, postquam adeptus est possessionem bene-  
ficii resignati (non obstante appellatione) cui non de-  
ferens iudex vim nullam facere declarabit Senatus.
- 7 Appellationi contra juris clari dispositionem ut fri-  
vola non est deferendum.
- 8 Presentatus an posse appellare, ne patronus alium  
intra terminum præsentet accumulativè tantum.
- 9 Appellari non posse, ne fiat quod de jure fieri per-  
mittitur.
- 10 Ordinem suscipere necessarium beneficio compulso  
possessor non appellat, quominus interim exequatur  
præceptum.
- 11 Sequestrum, licet regulariter sit prohibitum, tamen  
quando in casu particulari lex præcipit sequestrum  
apponendum appellatio non admittitur.
- 12 Lex ubi aliquid fieri præcipit, iudex id faciens dici-  
tur legis executor, à quo non est licita appellatio.  
Quia tunc potius operatur lex, quam homo, cuius est  
executor, ibid.
- 13 Juris executio non gravat.
- 14 Canon seu lex quando in aliquo casu determinate ali-  
quid faciendum præcipit, (ut in exemplis appositis)  
non admittitur appellatio.
- 15 Cautionem prestandam in aliquo casu particulari ubi  
lex determinatè præcipit, fit appellatione non obstat.
- 15 Licet quod est fieri ante appellationem, & post il-  
lum fieri potest.
- 17 Lex ubi præcipit aliquid fieri, jam casus censetur de-  
cisus & determinatus per sententiam legalem, quo  
casu a legislis dispositione videtur appellare si à judice  
ut legislis executores appellatur.
- 18 Appellatio à juris dispositione & determinatione non  
est licita.
- 19 Appellatio ubi non admittitur à sententia, pariter  
nec ab ejus executore, aut executione.
- 20 Ab executione rei iudicata, aut obligationis Cameralis,  
& guarentigia appellans presupponit antece-  
dens validum, a quo executio dependet & negat  
consequens necessarium, quapropter non auditur.

21 Appel-

## 370 De Regia Protect. vi oppress. appell.

- 21 Appellatio à sententia legali est contraria juri, & per consequens frivola, cui nec defertur, nec casu attenta, & sub n. 26.
- 22 Appellatio à sententia legali jus resistit, habetq; contra se juris presumptionē, & ideo non causat attēta.
- 23 Appellatio à monitorio, ut intra certum tempus accedas ad recedendum, resistit jus commune, & potest Episcopus ea non obstante ad executionem procedere.
- 24 Appellatio à correctione resistit jus, ac interim non causatur attentatum.
- 25 Appellatio pendente interposita per Canonicum à Capitulo imponente honestam correctionem, seu eriam à correctione per ordinarium, potest ad executorum devenire, quia dicitur frivola.
- Concil. Trid. sess. 13. c. ad fin. adductum, ibid.
- 26 Frivola dicitur appellatio interposita ab interlocutoria expressa minus legitima causa, aut à jure improbata.
- 27 Appellari licet à denegante beneficium concessum per jus commune, quia ubi denegatur juris communis observatio, gravamen infertur.
- 28 Appellatio immittitur iustitia.
- 29 Causa immediata appellatio est iustitia, injuria, & gravamen.
- 30 Frivola appellatio dicitur, ubi non adegit gravamen, nec legitima causa.
- 31 Jus & injuria opponitur invicem, quia jus neminem gravat.
- 32 Executio juris iure non facit injuriam.
- 33 Pignus quominus vendat creditor, appellari non licet per debitorem.
- 34 Mandata regia, vulgo (provisiones ordinarie) dicta, quibus utuntur suprema tribunalia non recipiunt supplicationem, quia partibus invitis expeditiuntur, executione legis ita disponentis.
- 35 Appellatio qua caret effectu, & non habet administrum juris, ut legitima non impedit executionem.
- 36 Corpus carens anima & spiritu vitali, quemadmodum manet frigidum, ita appellatio carens iustitia (cujus est minima) ut frivola mortua censenda est.
- 37 Frivola esse dicuntur, quia informia & fragilia sunt, secundum Budaeum.
- 38 Frivola appellatio dicitur inanis & varia.
- 39 Frivolum verbum importat caducum vel inutile.
- 40 Frivola appellatio nec jus defert, nec est à judice deferendum.
- 41 Frivola appellatio non deferens judex Ecclesiasticus, vim non facere declarat Senatus.
- 42 Frivola appellatio qua dicatur, relinquitur judicis arbitrio, vide n. 57.
- 43 Frivolam esse appellacionem, ut judex arbitratur, potest appellatio non obstante procedere ad ulteriora.
- 44 Frivola appellatio illa dicitur, qua nihil prodebet potest, nec ullum unguan juris effectum fortiri.
- 45 Appellatio qua caret effectu, & non habet administrum juris non impedit executionem.
- 46 Appellatio calumniosa illa dicitur, non solum que in ejus interpositione appareat talis, sed & que talis degenerat in fine liti.
- 47 Causa inserita in appellacione attenditur ad deregendum ipsam frivolam, frustratoriam, aut calumniam.
- 48 Causa in appellacione ab interlocutoria inserta, quando illam frivolam detegat.
- 49 Legitima appellatio illa dicitur, que interponitur ex causa, que si esset probata, reputaretur legitima.
- 50 Causa legitima & iure approbata si inseratur in appellacione ab eo, quod fit secundum juris dispositionem, & à judice illam exequente, deferendum est illi.
- 51 Appellatio contraria juris quocumque vadat, in nulla instantia potest effectum fortiri (jure attento) quia jus est certum, & ubique idem operatur.
- 52 Frustra aliquid faciens nulliter facit, eriam ipso iure.
- 53 (Frustra) dictio significat impotentiam faciendi.
- 54 Frivola appellacionem tunc arbitrabitur judex, quando apparent legitima indicia ad torturam, & illa reus in termino sibi concessio non purgavit.
- 55 Frivola appellatio tunc recipi potest quando notorietate manifeste talis detegitur secus sit dubio, sive dubium sit juris sive facti.
- 56 Frivola & calumniosa appellatio quando ita notorietate manifeste dicatur apparere remissive.
- 57 Frivola appellacionem non debet judex arbitrari, ubi ita notorietate appetit.
- Frivola non dicitur appellatio interim, dum remanet disputandum, ibid.
- 58 Frivola appellacionis redduntur exempla.
- 59 Frivola appellatio dicitur notorieta, quando quis petierit in causa recusationis, quod eligantur arbitri, ubi eligendi non sunt.
- 60 Frivola dicitur appellatio, quando interponitur à sententia, que illam non tangit.
- 61 Appellatio non auditur, si ex sententia non gravatur.
- 62 Appellatio non admittitur à judice aliqd admittente cum clausula (si & in quantum, &c.) quia tunc neminem gravat.
- 63 Clausula (si & in quantum) operatur secundum jus, & sic cum iussit certum non remaneat admissum, ubi jus id dicitur.
- 64 Approbandum admitti non debet quis ad id, quo probato non relevat, nec prodest, prout quando aliqd constitit in jure.
- 65 Approbatione denegata ejus articuli, qui probatus non prodest, appellatio emissa tanquam frivola non erit deferendum.
- 66 Imperari non debet alicui non fecisse, quod factum non profuerit.
- 67 Juramentum sibi oblatum licet recusat pars, que bene probavit.
- 68 Articuli impertinentes & non relevantes non sunt admittendi.
- 69 Articuli impertinentes qui dicantur remissive.
- 70 Patronus an teneatur presentare intra terminum editorum, cum habeat terminum juris, an possit eorum petere prorogationem pro tempore sibi à jure concessa, ut interim presenib; queat ordinari, vel ejus artas legitima compleatetur, remissive.
- 71 Frustratoria appellans dicitur in dolo esse.
- 72 Judicis officio pertinet reformatio, que dolo aut malitia gesta sunt a parte lite pendente.
- 73 Judge ex officio potest repellere calumnias exceptiones ad intricandum & procrastinandum iudicium oppositas. Idem de applicatione frustratoria, ibid.
- 74 Clausula (applicatione remota) aut (applicatione postposita) tollit effectum suspensum.
- 75 Clausula (applicatione remota) apposita in bulla super provisione beneficii, non procedent cause cognitione parum aut nihil operatur, quia per eā non tollitur alias appellatio legitima, sed frivola dūtaxat.
- 76 Clausula (applicatione postposita) non operatur, ubi appetit de notorio gravamine.
- Clausula (applicatione postposita) semper apponitur in parte executiva literarum, que non comprehendit contradicentes de jure, sed tantum de facto, ibid.
- 77 Clausula apposita in executivis gratia, nec auger gratiam, nec tollit surceptionem.
- 78 Clausula (applicatione postposita) de materia qui latenter fuit videndi.
- 79 Frivola appellatio non obstante, an judex ad ultiora queat procedere, & an per illius delationem & se abdicet jurisdictionem, & an inhibitus à superiora emanata vigore frivola executionis impeditas executionem sententie, vide remissive.
- Concil. Trid. sess. 13. de reform. c. 1. verba recensentur, ib.
- 80 Appellatio tanquam frivola à judice rejecta, si pars non contradicat appellando, videatur fateri frivolam esse.

81 Frivola

## Pars III. Cap. VI.

371

- 81 Frivola appellantem potest judex à quo excommunicare tanquam contumacem.
- 82 Presumptio juris & de jure condemnato repugnans, non erit in appellacione audiendus.
- 83 Condemnatus presumptione juris & de jure, dicitur convictus & confessus, ac ideo nullo modo auditur appellans.
- 84 Presumptio juris & de jure non recipit probationem in contrarium.
- 85 Presumptio juris & de jure ubi recipit probationem in contrarium, admittit etiam tunc appellacionem.
- 86 Presumptio juris & de jure, in quibus casibus admittat probationem in contrarium, & quales sint presumptiones juris, & de jure, remissive.
- 87 Presumptione juris tantum condemnatus non prohibetur appellare.

**G**RANDIS est hujus capituli materia, in qua partem negativam amplectitor, judicem Ecclesiasticum vim non facere, denegans delationem appellacioni interposita ab eo, quod facit in executionem Canonici decreti & sanctionis, atque secundum juris dispositionem, dicitur. Pro qua expendo & illud Christi Domini Actuum Apostolorum 9. dicens, Durum est, contra stimulum calcitrare, text. expressus in l. si. §. ff. de appell. recip. ibi item si ex perpetuo edicto aliquid decernatur; id, quo minus fiat, non permititur appellare: text. celebris in c. consil. 29. in ord. de appell. ibi, non convenit, ut pro hujusmodi applicationibus ab observatione decreti debeas abstineri, &c. text. in cap. cum in cunctis 7. in ord. ibi, nec pro sit eis appellatio refugium, si forte in constitutionis istius transgressionem per appellacionem voluerit se tueri, &c. de electione lib. 6. probat etiam text. optimus, in c. relatum, de clericis non resid. ibi, nec patrocinari debet eis appellatio, nisi diffugium, si contra hujusmodi intentionem decreti fuerit interjectum, &c. Ex quo constat appellatio non est deferendum, per beneficium interjecta à pracepto, seu sententia, qua mandatur residere beneficium, de jure residentiam requirens, per quem & alia jura latè probavimus, & resolvimus supra 2. part. c. 15. à princ. Hanc conclusionem probant etiam gl. ibi in d. c. consil. 1. nota. & gloss. in verbo pro hujusmodi appellacionibus, ubi etiam uteatur Abb. Sicul. & Panormit. ex quo etiam aliam similem eliciunt conclusionem, ut à judice jurisdictionem exequente non permititur applicatio, latè etiam ibi Philip. Franc. Abb. Panor. in d. c. relatum, n. 3.

6 Hanc infuper conclusionem probant Maran. in pract. de ord. judiciorum 6.p. tit. de app. nu. 345. quem solùm referens sequitur Joan. Gutier. in conf. 10. n. 21. dientes, quod ab actu celebrato, & gesto secundum legis dispositionem, & canonicas sanctiones, nec à judice eas, & decreta juris exequente, non potest appellari, allegant ad hoc text. in d. c. consil. Et ita in casu, de quo per eundem Gutier. ibi, nempe, ut possessor resignarius dimittat possessionem prioris beneficii adepta possessione secundi resignati secundum jus commune, & clausulam expressam Bullæ resignationis; ex hac doctrina potissimum tenuit, appellatio deferendum non est, & Cancellarium Regiam Vallisoletanam aditam per viam violentiæ pro appellacionis à condemnato interjecta delatione vim non fieri, causamque judici remittendam declarasse.

7 Pro quo facit etiam quod alias determinavit Rota, ut testatur Seraphi. dec. 310. sub n. 1. dum haec dicit: tum etiam consideratur fuit, appellacionem Martini fuisse frivolam & calumniosam, & contra juris cleri dispositionem, concedendis patronis sex mensis, ideo non causare attentata, cum ei judex deferre non teneretur, ad c. 2. de dolo & contum. lib. 6. Achille dec. 6. de appell. quæ ut vides, optimè nostram probat conclusionem.

Cui & conveniens est quod disputant Lamberti, de jure patr. 2.p. lib. 2.art. 20.p. 9. princi. an primus praesens tatus à patrono possit appellate; ne intra terminum à jure concessum alterum praesentet; cujus resolutionem & ab hac nostra doctrina desumpfit: ut scilicet, cum claro jure fit canonico permisum, patronis laicis, variare in presentatione, & iterum alium praesentare (accumulative falso), non exclusivè, c. quod autem, &c. cum autem, de jure patr.) appellatio à primo praesentato deferendum non est, nec admittendam rationem reddens, quia est contra juris dispositionem, & non vallet, secundum Specul. in tit. de appell. §. 22. vers. 23. & vers. 27. allegat etiam l. s. de app. rec. & quia non potest appellari, nec fiat, quod jure fieri permititur, per c. cum nobis olim de elect. 1. & c. ex ore de iis qui sunt à major. p. capit. Ancharranum in c. decernimus, in vers. offeratur 16. q. 7. & hoc etiam dicit post Abb. in cap. pastoralis de jure patr. Paul de Citad. in tr. de jure patr. in 6.p. in 8.4. ubi etiam adducit illud Actuum Apost. cap. 9. durū est contra stimulum calcitrare, cuius & nos ad principium meminimus, & referens Hostien. & Im. ita tenet Joan. And. in d. c. pastoralis super gl. pen. & etiam Card. ibi in 1. col. in vers. appon. ad hoc, & secutus Abbatem idem dicit Maran. de ord. jud. 6.p. tit. ad app. num. 165. eleganter melius quam alibi, de hac re agit post alios Spino in tr. de testan. gl. 4. prin. n. 94. & facit text. si bene perpendatur d. c. pastor. de jure patr.

Et ex hac nostra doctrina resolutionem veram acceptip articulus ille: ut appellatio interposita à beneficiario compulso ab ordinario; ut ordinetur secundum ordinem requisitum ab ipso beneficio, quod possidet; deferendum esse nullo modo; cum hoc sit à jure canonico tot decretis, tot decisionibus, & constitutionibus inductum, ac perpetuo edicto ita continetur Trident. sess. 22. de reform. c. 4. commiss. ibi statuti auctoritate (& iterum, ne statutum ipsum, &c.) de elect. lib. 5. c. licet canon. 14. quia in observatione canonis memorati, &c. (Clem. 2. que statuantur in jure, &c.) de c. atate & qualitate, & est elegans text. qui utramque conclusionem probat in c. cum in cunctis 7. in ord. vers. cum autem, ibi & reliqui admoniti non fuerint, præfixo à canon tempore in Presbyteros ordinati: & ab illo removeantur offic. &c. nec possit eis appellatio refugium si forte in constitutionis istius transgressionem per appellacionem voluerint, se tueri, &c.) prout & nos latius hunc articulum examinavimus supra 2.p. c. 15.

Ex eodem fonte procedit, quod Doctores dicunt: 11 quod licet appellatio licita reputetur à mandato de sequestrando; tamen non procedat quando in aliquo casu lex mandat, & præcipit sequestrum, apponi; ut in cle. 1. de sequest. poss. & fruct. quia tunc appellatio deferendum non est, notant communiter DD. præserit Card. not. 9. n. d. cle. 1. Afflict. dec. 1. §. 2. n. 6. Cassiad. dec. 5. de sequest. poss. & fruct. vers. sed maj. pars duorum. Marant. de ord. jud. 6.p. tit. de app. n. 182. Lanc. de attent. p. 2. q. 13. lim. 12. n. 4. Veltr. in pract. lib. 7. c. 2. n. 5. & nos latè 1.p. c. 21. per tot. redientes rationem quia tunc judex legis est executor & ab executori legis non est licita applicatio, latè prosequitur M. resc. var. resol. lib. 2. c. 7. n. 11. 12 latè, & penè in terminis nostris questionis Grat. discip. foren. tom. 2. c. 2. 32. à n. 1. 9. cum plurib. seqq. licens, quod tunc potius operatur lex, quam homo, & judex nihil aliud facit, quam legem exequi, & si tanquam à legis executori non datur appellatio, juxta l. ab executori, ff. de app. Rebuff. in l. si qua pena in princ. vers. namque harum ff. de verb. signif. quia juris executio non gravat, 13 Gratia. ibi, n. 21. Bald. in c. ad nostram el. 2. de app.

Et sic generaliter est verum, quod quando lex, vel 14 canon in aliquo casu determinato aliquid præcipit, & mandat faciendum, prout in vacatione beneficii apponatur edictum, in curato præficiatur oeconomicus, & assignetur ei congrua, non suspendit appellatio, nec aliquid